



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Religiosus IV. uoad paupertatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

668 R E L I G I O S V S IV.

Peccat mort. professus, qui eo quod nos
viget obseruantia religionis, non seruare
quae obligant sub mort. cap. 12. num. 50.

Excusatur tamen ob impletionem eorum,
quae nec sunt votorum essentialia, & in
desuescunt, per priuilegia, vel consuetu-
dinem, vel tolerantiam prælatorum. ibidem.
Quando possit egredi ob necessitatemp-
rentum. vide tit. Filius.

R E L I G I O S V S IV.

Quoad paupertatem.

R E L I G I O S V S peccat mort. prodigens
bona habita ante professionem, vel ac-
quisita post eam: & hoc regulariter loquer-
do. cap. 17. num. 24.

Religious cum licentia prælati studens,
vel peregrinans; potest dare eleemosynam
in casu extremæ aut magnæ necessitatis. nu-
mer. 105.

Licet potest gaudere de auctione pretij
tritici à suo Abbe ei pro suo victu ecclii.
cap. 20. num. 3.

Religious iam moriturus potest decla-
rare suam voluntatem in distribuendis re-
bus

bus suo usui deputatis, non tamen per modum ultimæ voluntatis. cap. 27. num. 260.

RELIQVIAS falsas ponens adorandas pro veris, peccat mort. Idem qui utitur falsis, vel veris pro turpi quaestu: vel nouis nondum approbatis ab Episcopo: aut utens reliquiis etiam veris, vana obseruatione & superstitione. cap. 11. num. 35. & num. 6. & cap. 17. num. 169.

RENUNTIATIO, facta sponte à filio cum iuramento, obligat in conscientia licet enormissimum laedatur: Secus in foro exteriori, ubi presumetur dolus. cap. 17. num. 152.

De renuntiatione beneficij ad cuius titulum aliquis ordinatus est. vide tit. Beneficium. & tit. Ordo.

REPETITIO non potest fieri de dato ob delictum. Imo nec de dato ob actum turpem libidinis. cap. 17. num. 39. §. 2. Secus de dato pro ludo, contra leges Hispaniarum. ca. 10. num. 17.

Potest repeti quicquid datum est viro vel feminæ, ne faciat id quod alias tenetur non facere, vel ut faciat quod tenetur ex iustitia vel alia qualcumque virtute facere. cap. 17. num. 33.

REPRESALIAS concedens, vel extendens ad Ecclesiasticos, vel eorum bona, manet excommunicatus, nisi intra mensem reuo